

~~B6-289~~

o) Vida, dr. Horan.

meist 2)-6)

f7) das Wörterbuch Schach =

gedichtet!

Mit Tabelle i. Schachwelt

DFW 00



Marco Girolamo Vida

[Scenachim traedūs]

1604

IAMBI  
**INCONTRO·**  
**VERSIAM VASTA·**  
**TRICEM ACADEMIÆ**

Iuliæ, quæ est Helmsteti

A

**CHRISTOPHORO HERR-**  
**VVICHI O BRANDEN-**  
burgense S.S. Theologiæ Stu-  
dioso Scripti.



NI

**ANNO 1600.**

3



ORTHODOXÆ LVTHE  
RANAE THEOLOGIAE THE-  
ologis, Professoribus, Doctoribus, Stu-  
diosis & amatoribus passim degen-  
tibus officiose consecrat  
autor.



оди ОИИА

IN

**N**inclyta quæ **IVLIA**  
Sit orta controversia,  
Quicunq; vultis discere  
Rythmis meis attendite:  
**E**n, quatuor Philosophi  
Præ cæteris industrijs:  
Kesselius: Liddelius:  
Ouenus & Cornelius.  
**H**i non diu deliberant  
Rem protinus sed inchoant,  
Porphyrrij perutilem  
Plantare tendunt arborem:  
**E**t somniant quod cominus  
Pertingat astra frondibus,  
Mox æstuant conscendere  
Adusq; cœlum mobile,  
**V**isum quid occultissimus  
Agat Ichovæ Spiritus,  
Num mens DEI quam maxime  
Consentiat cum Socrate.  
**S**uis caro num viribus  
Id noverit quod Spiritus,

**A** ij **Carna**

Carnalis an scientia  
Intelligat cœlestia.  
Humana num prudentia  
Rebus sacris sit congrua,  
Idemnè verum sit D E O,  
Verum videtur quod Sopho.  
Num par fides fit Dœmonis,  
Et Christiani pectoris,  
Communis an his notio  
Sit, mentis & conceptio.  
Si scriptitent Apostoli,  
Increduli vel Ethnici:  
Vnus D E V S justissimus  
Æternus est & optimus.  
Vtrinq; num sit veritas  
Totalis ac identitas,  
Mendace seu de Dœmone,  
Num possit hoc quis dicere.  
Sophis ibi sedentibus  
Divina somniantibus,  
Arcana pensitantibus  
Falsoq; gloriantibus.

Hoffmann.

Hoffmannus ecce Daniel,  
DEO ministrans Israël,  
Hanc subruebat arborem,  
Sophi cadunt in puluerem.

Ostrina Malchi suppara  
Prolapsa sunt in stercora,  
Vt fordeant mortalibus,  
Altissimum colentibus.

Proinde sunt Philosophi  
Furore tanto perciti,  
Vt persequantur candidum,  
Virtute præstantem virum.

Sexa senex genarius  
Habetur adversarius,  
Exinde quod salubria  
Docere perstat dogmata.

Potente verbo protulit,  
Pagella quæ nunc subsicit:  
A seculi scientia  
Discreta sunt oracula.

Humana quid scientia?  
An non furens dementia?

A iij Nec

Nec illud est innoxium  
Quod æstimetur optimum  
Carnalis est scientia,  
Semper DEO contraria,  
Abstrusa, Sacra, mystica  
Sunt captui non consona.  
Carnalis id non percipit  
Homo, DEV S quod præcipit,  
Sophis id est absconditum:  
At paruulis concreditum.  
Quod Socrates pronunciat,  
Non Christus illud approbat  
Est Christus ipsa veritas,  
Sed Ethnici sunt vanitas.  
Boans fides est Dæmoni,  
Beans fideli pectori,  
Fides quid & scientia?  
Dei carent si gloria?  
Proh, Dæmonis quæ veritas?  
Horrenda nonne falsitas?  
Mentitur hostis omnia  
Dicat licet verissima.

Satan

Satan pater mendacis,  
Fons omnīs actūs subdoli,  
Mendax agit fallaciter,  
Quicquid facit fit nequitē.  
Omninō mendax dicitur  
Homo, nisi renascitur.  
Innata lucis claritas,  
Est summa mentis cœcitas.  
Carnalis ipsā veritas,  
Est imā cordis falsitas  
Iccircō non cognoscere  
DEV M potest, nec credere.  
Sophi dolent, nōemata  
Quod vana sint & irrita,  
Adversus adversarium  
Anceps adornant prælium.  
In disputationibus,  
Vel execrationibus,  
Ludunt meris sermonibus,  
Et criminationibus.  
Exordium calumnia,  
Est finis impudentia,

A iiiij

Obscurior

**O**bscurior si quæstio  
Cachinnus est solutio.  
**A**gunt Sophi sophisticè  
Hoffmannus autem candidè,  
Hic sacrosancta dogmata,  
Illi docendo scandala  
**N**ihil ferox audacia,  
Nil obtinet tallacia,  
Hoffmannus instat acriter  
Verum tuerit fortitè.  
**I**nvicta nam constantia,  
Nec frangitur calumnia,  
Illaesa conscientia  
Parvi facit mendacia.  
**H**ic carnis est mos impius,  
Odisse mentem Spiritus,  
Quod cœpit in primordijs,  
Et durat hisce seculis.  
**A**póstolis & vatibus  
Ni contigisset omnibus,  
Perferre carnis scommata,  
Quænam forent solatia?

**Narrat**

**N**arrabo rem, quæ nomine  
Quadrabit huc & omne,  
Et edocebit prælium  
Carnale contra Spiritum,  
Propheta Sanctus Daniel,  
DEVM celebrat Israël,  
Tam Spiritu spontaneo,  
Quam mente, corde, scribo.  
Quem Rex ob excellentiam  
Virtutis & præstantiam  
Inter ministros extulit,  
Eiq; cunctos subdidit.  
Reperta carnis ludicra  
Decreta quamvis regia,  
Idola dicit turpia,  
Coram DEO bdeligmata:  
Exosus est Sodalibus,  
Dum de DEI magnalibus,  
Suis agens in ædibus,  
Fervet precationibus.  
Hunc in leonum consici  
Antrum, studebant invidi,

A v

Sed

Sed dens leonis horridi,  
Vatis pepercit corpori.  
Fit fortis hæc inversio,  
Calumniator, histrio  
Hanc in specum detruditur,  
Et à feris discerpitur.

**V**T comparem cognomines  
Viros, prophetas nobiles,  
Et noster hic præcelluit,  
Quem cæteris Dux prætulit.  
Professor ordinarius,  
Creatus est primarius  
Qui quinque lustra **I V L I A M**  
Nunc eruditivit inclytam  
Mentem Lutheri sobrijs  
Secutus est in literis  
Rectè secundum Biblia,  
Tractare scit mysteria.  
In se quod est industriæ,  
Dat omne Christi gloriæ,  
Non ex sua potentia,  
Sed spirituali gratia.

Et

**E**t hæreses & schismata,  
Propellit ex Ecclesia,  
**C**ontra Papistas militat,  
Et Zinglianos provocat.  
**S**unt arma non prudentia  
**C**arnalis aut Sophismata,  
**S**ed Spiritus dictamina,  
Divinitus quæ fortia.  
**H**umana nam scientia  
**A** parte stans contraria  
Excogitat Sophismata  
In spiritum bacchantia.  
**H**oc quatuor Philosphi  
Redarguunt mendacij,  
Et garriunt injuria  
Illata quod sit maxima.  
**Q**uod artium cultoribus,  
Sic imprimatur dedecus  
Mallent prius qui demori  
Quam tale quiddam perpeti.  
**C**atharma sit philosphis,  
Quod de DEI mysterijs

Tam

Tam continentēr disputat,  
Vt sacra tantūm proferat.  
Lectas Sophorum regulas  
Pronunciat fanaticas,  
Coram D E O quæ judice  
Nunquam queant consistere.  
**Q**uantus tumultus extitit?  
Hunc totus orbis audist  
Hoffmannus autem pertulit,  
Quem sure doctus suspicit.  
Quam Danieli subdola  
Tendunt maligni retia,  
Expertus est in annua,  
Servus Dei custodia.  
**N**on sufficit mendacium,  
Nec omne quod fit clanculum,  
Sed seculari brachio  
Hæc stat caditq; factio.  
Heu, si potestas bis duos  
Eset penes Philosophos,  
Hunc non darent leonibus,  
Sed dissecarent dentibus.

Hinc

Hinc orta quæ sit IVLIAE

Iactura, quæ vicinæ,

Et quanta Crux Ecclesiae,

Solum Brunonis aspice.

Quicunque cuncta stant inania?

Carent docente pulpita,

Discentibus subsellia,

Oraritas in IVLIA.

Silent Iehovæ plasmata,

Sonant sophorum phasmata;

Quæ magna sunt phantasmatæ!

Ovanitas in IVLIA.

Iacet facultas optima.

Quæ cæterarum regula,

Absit ruina IVLIAE

Favente stabit principe.

Hæc ex Sophorum fructibus;

Et nata sunt virtutibus,

Renate Lector judica,

An non sacris sint devia!

Exurge nunc Emanuel

Vide tuus quæs Daniel

Perpet-

Perpessus est insurias  
Inter Sophistas bestias.  
Da Christe sola veritas  
Faceſſat ista vanitas,  
Defende verbi munera  
Aduersus hæc dñtria.  
Amen.




Berl. B.




Heinrich Meibom

1555 - 1628












ALVER



AMB  
DNTERO  
M VASTA,  
ACADEMIÆ  
æst Helmsteti  
A  
OPHORO HERR-  
O BRANDEN,  
S. Theologiæ Stu-  
so Scripti.

No 1600.